



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Mercatores.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

236      *Pars secunda de elevatione*  
non pervenit res, ut ordo aliquis religiosus  
Jansenii placita suæ scholæ adjungeret. Ergo  
hac spe delusi, larvati Augustini discipuli con-  
scriptis de gratiâ victrice, eoque pertinentibus  
libellis florido ac elegante stylo gallico curio-  
sum muliebrem sexum castris suis adscribere al-  
laborârunt, in quo heroinas invenere, quæ cum  
viris pariter famosis caverunt, ne Jansenii Au-  
gustinus de gratia oblivionis sepulcro conderetur.

§. 6tus.

*Diversæ professiones hominum circa mercataram  
opificia, eorum objecta & instrumenta.*

*Mercatores.*

*S*imile est regnum calorum homini negotiatori.  
Math. 13. Negotiamini, dum venio. Luc. 19.  
Si nundinarum dies præteriit, sive tempus a Deo  
statutum, nil pro cælo amplius emendum, aut  
vendendum restat. An nescitis? quoniam non  
estis vestri. Empti enim estis pretio magno. I.  
Cor. 6. Omnes, que sua sunt (lucrum interelle)  
quarunt: non quæ f ESU Christi. Philip. 1. Ra-  
dix omnium malorum cupiditas. 1. Tim. 6. Ha-  
bentes alimenta, & quibus tegamur (etiam ne-  
gotiatione cum honesto lucro) his contenti so-  
mus. Nam qui volunt divites fieri, incident in  
tentationem, & in laqueum Diaboli, & in multa  
desideria inutilia & nociva (v. g. alios decipi-  
endi, quæstum ex usura faciendi) qua mergunt  
homini-

homines in interitum & perditionem. 1. Tim. 6.  
Vani filii hominum. Mendaces filii hominum in  
stateris. Ps. 61. Statera dolosa abominatione est  
apud Dominum, & pondus aequum voluntas ejus.  
Prov. 11. Aestimaverunt lusum vitam nostram,  
& conversationem vita compositam ad lucrum, &  
eportere undecunque etiam ex malo acquirere,  
Sap. 15. Implete & vos mensuram patrum vestro-  
rum. Matth. 23. Quà mensurā mensi fueritis,  
remetietur vobis. Matth. 7. Marc. 4. Qui dici-  
tis hodie, aut crastino ibimus in illam civitatem,  
& faciemus ibi quidem annum, & mercabimur,  
& lucrum faciemus. Qui ignoratis, quid erit  
in crastino. Pro eo ut dicatis, si Dominus volue-  
rit, & si vixerimus, faciemus hoc aut illud. Jac.  
5. Nervus Reipublicæ flos est mercaturæ, &  
quoad similia introducenda, cùm non omnis  
ferat omnia tellus, & quælibet sua habeat; de-  
berent laborare fideles Ministri Principum. Si  
minus sæpè exigeretur ex mercibus, plus per an-  
num inferretur in commune ærarium ob co-  
piam, quæ afflueret mercium. Mercaturæ in  
iis terris impeditur jugulum, in quibus ob po-  
tentiam Magnatum aut Nobilium Mercatori  
non licet liberè & impunè exigere debita. Sed  
hæc alterius sunt indaginis. Tu cogita, quid  
pro cælo facias, dum mercator tranat maria,  
noctu diuque cum summa defatigatione & fre-  
quenti vitæ periculo terras peragrat pro pecunia.

*Opifices in genere.*

E Ccl. 38. enumerantur varii Opifices operi  
suo perficiendo insudantes. Ostenditur  
corum